

de le galie a la terra de Alexandria, ben-guardate; et ancora el consolo, era per avanti in la terra a la presentia del dose, che è homo savio et de bon governo; et nui havemo comandà al nostro ambasador, armirajo sopradicto, Tangabardi, che scrivi a la presentia del doxe de cosse che 'l saverà, et lui ascolterà quel che serà scritto, et chi ha mandà questa risposta sancta.

Date al Cayro, a di 25 de la luna de Marraham, primo mese del so anno, del milesimo 916.

57

Exemplum.

Reverendissimo domino magistro Rhodi.

Licet, præcognita pridem reverendissimæ dominationis vestræ bonitas, nobis persuasum semper fuerit et compertum, benevolentissimum atque amantissimum ejus erga nos animum, utpote quæ vere dignissime illa, et ea maiore prælatura, ex præcipuo ac peculiari suo præ cæteris in religionem christianam studio, nihil unquam habuit antiquius, quam christianis omnibus faventem absque ullo respectu et benignam se exhibere, nedum reipublicæ nostræ, acutissimo quæ secum benevolentiae vetustæque amicitiae vinculo juncta est, nos tamen mirifica affecit voluptate, id quod reverendissima dominatio vestra proximis litteris nobis significavit, de perseverantissimo suo in nos amore, quodque pro elargita nobis a sanctissimo domino nostro pontifice maximo benedictione, lætatam se scribit fuisse, honorifice admodum de nobis et loquens et sentiens. Et hisce accedunt in confirmationem litteræ viri nobilis Bartholomæi Musti, triremium nostrarum bastardarum præfecti, qui ex re ac verbis coram a reverendissima dominatione vestra habitis cum Marco Antonio de Canal, supracomito nostro, dum apud eam fuit, talia de reverendissimæ dominationis vestræ affectu nobis officia in futurum audacter pollicetur, quibus neque majora neque promptiora, a quamvis amicissimo reipublicæ nostræ, expectari liceret. De quibus omnibus, fatebimur, sentimus jam nos vestræ reverendissimæ dominationi gratias haud quidem vulgares debere agere, neque modo agere sed magis referre. Agimus ergo illi uberrimas, quas possumus in præsentì, verum immortales habebimus, et eo quidem usque habebimus, dum a Deo optimo maximo præstita nobis fuerit occasio ostendendi sincerissimum, quo ipsius reverendissimæ dominationis vestræ affectui respondeamus, ani-

munum nostrum. In quo nostro vehementi desiderio satisfiat, et communi utrorumque nostrum voluntati.

Die xiiij augusti 1510.

Reverendissimo in Christo patri, domino Emerico de Ambosia, Dei gratia sacrae domus hospitalis Sancti Johannis hierosolomitani magistro generali, ac pauperum Christi custodi dignissimo.

Exemplum.

57

Magnificæ communitati Senarum.

Magnam ex litteris oratoris nostri Romæ agentis voluptatem cepimus, quibus confirmatum nobis est id quod antea et speraveramus semper de optima magnificentiarum vestrarum in nos voluntate, et optaveramus, quod per nuncium vestrum classis nostræ aditus liberos in omnes portus vestros, omne hospitale officium atque commodum ultro obtulistis; sane quam gratum id nobis fuit, et de eo vestris magnificentis gratias uberrimas agimus et habemus, magnum profecto amoris signum edidistis. Et quoniam, quod ab amicis fronte libera sic offertur, id libenter et ingenue accipiendum est, accipimus itidem amicissimas oblationes vestras; et iis maritimæ copiae nostræ, quæ illic stant, pro sanctissimi Domini nostri, pro nostro proque communi totius Italiæ beneficio, si opus fuerit, omni cum fiducia oblati utentur, memores autem nos, tum veterum, tum recentiorum mutuae inter nos vicissitudinis officiorum. Ea, Deo optimo bene juvante, sumus aliquando vobis præstituri, quæ præstare jam pridem optamus, pro nostra propensa atque perpetua benevolentia.

Die xiiij augusti 1510.

Exemplum.

58

1510, die xiiij augusti, in Rogatis.

L'anderà parte che 'l sia *publice* proclamà a l'officio nostro de l'armamento, che tuti quelli che tocherano danari, et falliranno de le galie nostre armate, et ogni altro navilio, armato per conto de la Signoria nostra, si al far de la cereha come da poi facta, havendo loro, over li piezi, refusura in camera, sia servato quello disponeno le leze nostre: *videlicet*, di perder quanto haranno tochato, et la mità più per pena; e quelli falliranno siano frustadi. La